

Sermo

et obedienter liberemur a potestate diaboli. **D**ñe qualis excessus esset q̄ rex vellet acceptare mortem p̄ famulo p̄ latrone qui fecit crimē et cōmisit. Ab alia pte helias clamādo dixit. Et vultis flagellari et verberari p̄ homine vos q̄ creatis illum et vultis tantū humiliari. **D**ñe qualis excessus charitatis erat iste. Et iterū Moyſes. **D**ñe qualis erit excessus iste. quia iam de libertatis coronari corona de spinis. Et helias **D**ñe vultis despici et vitupari. Deinde Moyſes. **D**ñe vultis suspendi in ligno. **D** qualis excessus. Deinde helias. **D**ñe vultis mori vt peccatores viuant vita eterna. Ecce quō dicebāt excessum passionis christi et charitatis in misericordia. De hoc apostolus. Deus qui diues in misericordia p̄pter nimiam charitatē suam. s. excessiuam charitatem qua dilexit nos et cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in christo. Ephes. ij. **M**oraliter habem⁹ hic exemplū si christ⁹ tantum fecit p̄ nobis. et nos debemus facere aliqd̄ p̄ ipso. saltem redimere peccata nostra p̄ penitentiam. Unde apostolus ad Heb. xij. Recogitate eum qui tālem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionē vt nō fatigemini animis vestris deficientes. nō dum em̄ vsq̄ ad sanguinem restitistis aduersus peccatū expugnantes. Multi sunt qui nō timēt leonē vel vsq̄ agredi. vel ire ad guerram et exponere se morti. et tñ timent vnā quadragesimā ieiunare que nō est piculū mortis sed sal⁹ corporis et aie. **S**exta questio. quod fuit motiū Petri dicētis. **D**ñe faciamus hic tria tabernacula. Responsio q̄ Petrus sciebat p̄phetiam Dauid de hmoi transfiguratiōe dixisse. Emitte lucem tuā id est christū qui ē lux. Joh. viij. Ego sum lux mundi. et veritatē tuam. s. christum qui est veritas. Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita. ipsa me deduxerunt. dicit p̄pheta. et adduxerunt in montē sanctū tuum. scilz thabor. **D**icit Petrus. Ego habeo lucem et veritatem mecū. s. christū et duxit me in montē sanctum suum. s. thabor. opto etiā tertius. s. et introduc me in tabernacula tua. et ideo vt p̄phetia cōpleretur petiuit fieri tria tabernacula nesciēs qd̄ diceret. Nota dicit Lucas q̄ illa tria tabernacula sunt in celo. s. tres hierarchie angelorum et in q̄libet hierarchia sunt tres ordines angelorū. In prima hierarchia sunt angeli archangeli et c. dicant hic. Et de istis loquebat Dauid et Petrus cogitauit q̄ in monte thabor essent fienda. Ideo dicit Lucas nesciēs quid diceret. Et in p̄mo tabernaculo. i. in prima hierarchia ibunt penitētes qui habēt cōtritionē de peccatis suis. qui habēt p̄positum emendandi vitā suam. et nō redire ad peccata sua et cōfiteri. et sic isti erunt in societate helie. Ideo christus Matth. iij. Penitentiam agite qm̄ appropinq̄bit regnū celorū. In secūdo tabernaculo. s. secunda hierarchia ibunt p̄siden-

tes. s. boni dñi tempales. quādo bono titulo habent titulum dominij et seruāt iusticiā et c. Itē p̄lati qui bono iure nō symoniacē intrauerunt non p̄ſas dñorū nec manu armata qui plus curant de salute animarū q̄ de redditib⁹. ibunt cū moyſe qui fuit p̄latus populo dei. Ideo dicit vnum helie et vnum Moyſi. Ideo scriptura loquens de istis dominis dicit. Si delectamini in sedibus et sceptris. **R**eges populi diligite sapientiam vt in p̄petuum regnetis. Diligite lumen sapientie omes qui p̄ſtis populis. Sapiciē. vj. Nō diligite sapientiam ad bñ gubernandū p̄sonā vestrā et populū vobis cōmissum. In tertio tabernaculo siue in tertia hierarchia ibunt p̄sone excellentes in vita apostolica. p̄m apostolū. habentes alimenta et tegumenta q̄b⁹ tegamur his contenti sum⁹ et c. De istis dicit christus. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū vt edatis et bibatis sup̄ mensam meā in regno meo. Lu. xxij. Et isti erunt cum christo in tertio tabernaculo. Ideo dicit faciamus hic tria tabernacula et c. id est edificemus meritoze in p̄senti vita tria tabernacula et sup̄ius habebim⁹ possessionē in gloria et c. **S**eptima questio quare christ⁹ p̄cepit illis apostolis ne alicui dicerent. s. tantā gloriā cū tñ fuisset magna consolatio et gaudium alijs si sciuisent. Responsio q̄ fecit ad vtilitatem aliorum apostolorū. sciens christus q̄ omes debebāt p̄dere fidem. ideo magis peccassent si sciuisent illam gloriā. In quo videt plus dilexisse bonū apostolorū q̄ suam gloriā. Joh. viij. Ego gloriā meā nō quero. vbi Moraliter ostēdit nob̄ ne in bonis opibus queramus gloriā. sed interrogate cor vestrum qd̄ nō mentiat vobis: quare vultis hoc facere. si p̄ vana gloriā. **N**ō faciam quia christus noluit gloriā tempalem. quanto magis nos nō debemus velle. Unde apostolus ij. Corin. viij. prouidentes bona nō tantum coram deo sed etiam coram hominibus. si vultis facere bonum opus p̄pter hoc vt deus det vobis remissionem peccatorum et finaliter gloriā. **S**tunc non queritis vanam gloriā. sed gloriā dei et c.

Dñica reminiscere. Sermo

Ecce mulier chanaanica. Matth. xv. Et recitatie in euangelio hodierno. Intentio ē vniūsalis ecclesie fideles homines ad orationem puocare. Sicut in dñica p̄ime lapsa puocauit ad ieiuniū. Quia ieiuniū et oratio sunt duo opa necessaria ad verā penitentiam. Et est ista ratio. Nam omes formati sumus de duabus contrarijs substantijs. ex pte. s. carnis ex substantia carnali. Et ista inclinat nos semp̄ ad malum et ad terrena. et ex anima que appetit spiritalia et celestia nisi a carne impēdatur. et sic sibi contrariatur.

Domínica Reminiscere

7 nunq̄ est inter eas requies vera nisi in christo 7
in virgine Maria. Et ideo dicit ad Gal. v. Ca-
ro em̄ concupiscit aduersus spiritū. spūs aut̄ ad-
uersus carnem. Hec enim sibi inuicē aduersantur
vt nō quecūq̄ vultis illa faciatis. Sunt em̄ p̄tra-
ria 7 nunq̄ ē pax inter eas. Et sancta mater eccle-
sia videns hanc cōtrouersiam sciens animā ha-
bere iusticiam. iuuat ip̄am animā 7 ordinat con-
tra carnem afflictiones 7 ieiunia. 7 hoc dñica p̄-
terita quō ieiunio caro refrenat. Et hodie ordi-
nat orationem qua anima eleuatur ad deum. et
sic nō solum habebit victoria de carne. sed etiam
de demonibus qui etiam laborant continue vt p̄-
damus illam gloriā quā ipsi pdiderunt. Ideo
dicit christus 7 scribit Mar. ix. hoc gen⁹ demo-
niorum in nullo expellitur nisi in oratione 7 iei-
unio. Et puocati fuimus ad ieiuniū exemplo xp̄i
nobis propositi. Nec est verum vt quidā rudes
7 ignorantes dicunt q̄ christus. xl. panes assum-
psit secum in monte. quia nullam refectionē car-
nalem suscepit. Ideo dicitur Matthei. iij. Et
cū ieiunasset quadraginta diebus 7 quadragin-
ta noctibus postea esuriit. Idem beatus Lucas
iij. Et nihil manducauit in illis diebus. Si ergo
christus qui nullam habebat cōtradictionē car-
nis 7 spiritus ieiunauit q̄to plus nos. tamē q̄ ip-
se qui est dñs 7 redemptor ieiunauit quid nos mi-
seri facere debemus quasi arguendo per locuz a-
minori. Sic 7 nos hodie mater ecclesia puocat
ad orationem instruens nos exemplo cuiusdam
infidelis chananee p̄ nostra verecundia vt forti-
us oremus. Ideo dicit ecclesia. Ecce igitur muli-
er chananea. Ecce demonstratiuū 7 infidelē de-
monstrat vt melius puocemur ad orationes. Et
ista mulier seruauit tres conditiones orationi ne-
cessarias.

Primo fuauit verā fidelitatem

Secūdo firmā stabilitatem

Tertio seruauit verā humilitatem

Omnia ista tangunt in themate. p̄mum. q̄ ecce.
Icōm. quia mulier. tertiu. chananea. Sed de his
intricationibus nō curo. Sed ego volo ista tria
trahere ex euangelio 7 nō ex themate. p̄mum q̄
habuit veram fidelitatem nō obstante q̄ esset ge-
nere infidelis tñ habuit istā. Nam dicit in euāge-
lio. Egressus iesus secessit i p̄tes thyri 7 sidonis.
Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa ex-
clamauit dicens ei. Misere mei dñe fili dauid
filia mea male a demonio vexatur. vbi dicitur q̄
christus exiens de nazareth venit in partes sido-
nis vt apparet. Matthei. xij. Et benedictus dñs
cepit exequi officium predicationis 7 noluit i ali-
qua ciuitate longe quiescere nec in castro. sed vt
necesse erat tempus ad predicandum. Sicut vi-
demus in sole qui cum oritur nulli se quieti repo-
nit sed facit suum cursum. quia alias p̄fecte nō il-
luminaret. Ita christus suum cursum fecit amo-

rem 7 ardorem dans gentibus. Et ideo dicitur.
Uisitauit nos oriens ex alto illuminare his q̄ in
tenebris 7. Luc. j. In tenebris. id est. in errozi-
bus existētes illuminabat 7 calefaciebat eos qui
erant in ymbra mortis. quia erant indurati 7 di-
rexit pedes in viam pacis. Ideo dicitur in euan-
gelio. Egressus iesus 7. Et nō dicit vnde. Sed
declarauit sup̄ius 7 sequitur. Ecce mulier cha-
nanea. Et dicit chananea quia terra p̄missionis
erat habitatio chananeorum quos tempore Jo-
sue iudei expulerunt 7 remansit ista. Ideo dicit
chananea. Ista p̄mo nō credebat deum nec spe-
rabat resurrectionē. Ideo mortuo viro ipsa firmā
sit cum vnica filia. In cui⁹ corpe diabolus intra-
uit 7 affligebatur multū vt poteris videre i ome-
lia hodierna. Semel proiciēs illā in aquam 7 se-
mel in igne. Et ista chananea audiēs q̄ iesus trá-
sibat p̄ illas partes tot miracula faciendo 7 facie-
bat audire surdos. claudos ambulare. Hec ergo
mulier accessit ad iesum vociferando 7 multum
acriter flendo 7 dicendo. Iesu fili dauid misere-
re mei. Hic nō fidelitatem quā hec mulier incepit
habere. quia cum eēt infidelis pagana de genere
chanaā. Nihilomin⁹ maximā habuit fidem quā
ostēdit facto 7 verbo. p̄mo facto. quia nō du-
xit secum filiā suam. nō quesituit p̄sentiam christi
vt p̄ncipes synagoge. Matthei. ix. Et regulus
Joh. iij. nec recurrit ad diuinos. Origenes. Nō
accedit ad petrum. nō rogat Jacobuz. nec oble-
erat Johannē. nō interpellat apostoloruz choz.
sed p̄re omnibus illis accepit penitentiam comitē
que aduocati locum adimpleuit. 7 sic ad summū
pietatis presidem perrexit. hec ille. **S**ecundo
ostēdit suam fidelitatem in verbo di. Misere
mei dñe fili dauid. Nō est in actibus meis bonus
nō est mihi de cōuersatione fiducia. ad misericor-
diā tuā cōfugio. misere inquit mei. i. peccatrid
diurnorum malozū. Quotidie cruciat⁹ quotidie
gemitus meos video. quo pergaz in heremum
ire nō audeo nec illam solam relinquere. In do-
mo sedere nō possum. quia intrinsec⁹ est inimic⁹
Terno em̄ oculos transuersos. aspectum sangui-
neum manus intortas. crinem. dissolutū. ora spu-
mantia. inimicū incēdentē 7 nō apparentē. nemi-
nem interrogantē 7 illā cum clamore loquentē
misere mei dñe fili dauid. Et hic habem⁹ du-
as doctrinas. vna est moralis. alta est speculati-
ua. Et p̄mo videamus speculatiuam. Et quero
que fuit ratio. quare ista mulier vocauit Iesum
filium dauid 7 nō filiū dei. quia xp̄s fm̄ humi-
nitatem erat filius seu de stirpe dauid. sed fm̄ di-
uinitatem filius dei 7 cum plus posset vt de⁹. vi-
deatis hic secretū. Aparent q̄ ista mulier audierat
ore humano aut spūs sancti. Nā dicit q̄ rex Da-
uid tangebatur bñ cytharā 7 q̄ rex saul detinebat
multotiens p̄ demonem 7 dauid tangēdo cytha-
ram expellebat demoniuz a rege saul. vide textū

Sermo

de hoc. j. Regl. xvj. quō spūs malus arripiebat saul. et tunc Dauid tangebāt cytharam. **I**do quā cūq; spūs malus arripiebat saul tollebat dauid cytharam et pcutiebat manu sua. et recedebat ab eo spiritus malus etc. Timebat ergo demon sonus illius cythare. certe nō. vel timebat sanctitatem dauid. nō. quid ergo dicendum. **V**idete ista cythara sicut dicitur glose figurabat illam cytharam crucem dñi nostri iesu christi. **N**ā sicut cythara fit de ligno arido. ita crux christi. quia annis mille ducētis pteritis fuit illud lignum scissum ut prius die dixi in primo sermone cuius thema. **E**cce factus etc. **I**te quia in cythara sunt quattuor paria funiculorū magis tracta q̄ in alio instrumento et habet clauellas aliq̄s. **E**t ista cythara significat crucem. et funicula significāt mēbra christi q̄ fuerunt attracta in cruce et nerui cum clauis. **E**t clauelle ille significant clauos cum quib; Iesus christus fuit conclauatus. **I**tem cythara facit sonū valde acutum. **N**am benedictus iesus fecit septē sonos in cruce. **E**t primus fuit quādo dixit. **P**ater dimitte illis. quia nesciunt quid faciunt. **N**am pater ipse paratus erat recipere vindictam et omnes illos damnare. **N**am credebant se crucifixi se peccatorem et crucifixerūt dñm et saluatorem. **E**t iste sonus significat dñm nostri iesu christi deitiam. **S**ecūdo fuit quādo dixit latro. **B**onum me memento mei dū veneris in regnum tuum. et dixit illi. **A**men dico tibi hodie mecum eris in paradiso. **L**uc. xliij. **E**t iste significat sonum inestimabilis misericordie cum peccatore. **T**ertius fuit quā dixit matri sue flenti. **M**ulier ecce filius tuus signando vsus iohannē. qui sonus significat incorpabilem sonum pietatis. **Q**uartus fuit quā apostoli et amici recesserunt eū derelinquēdo et dixit alta voce heli heli lamazabatani etc. **N**ō tamē credatis q̄ ipse eēt a deitate derelictus nō sed ab apostolis et amicis et iste sonus erat compassiōis et hoc ppter amicorū dilectionē. **Q**uintus fuit quā dixit sitio. **N**am ipse desiderabat infidelium cōuersionē. et sic erat cātus incompatibilis charitatis. **S**extus fuit quā dixit consummatū est. qui sonus incompatibilis et infinite erat constantie. **S**eptimus fuit quā dixit. pater in manus tuas commendo spiritū meū. **E**t ista cantilena fuit infinite confidentie dans exemplum cuilibet christiano. **E**cce ergo cytharam dauid. **E**t demon intelligens. hoc secretum fugiebat regē saul relinquendo. **E**t de hoc iam spirata ista chananea dixit. **M**isere mei dñe fili Dauid. quia filia mea male a demonio vexatur. **L**oco iā allegato. **S**ecūda doctrina est moralis p quo notandum. quāq; predictam filiam demon inflabat. **I**nterdum ut rabie detentam conturbabat. **I**nterduz proiciebat illam in lutum. **I**nterdū os vsq; ad aurem pducebat. **I**nterdum in puteum siue aquā proiciebat. **I**nterdum in ignē tollens ei virtutem. **S**ed mat

illam nō relinquebat. quasi diceret. si Dauid qui erat figura poterat fugare demoniū p sonum cythare. plus potest ipsa veritas. id est iesus xp̄us. **E**t hic est instructio bona moralis. s. q̄ si nre ante vexant a demone multis et diuersis peccatis. aligemus ergo sonum ipsius cythare. **N**am nre ante me diuturnitate peccati vexant a demone cū demon vexat multos homines. et hoc ppter superbiam sicut faciebat filie ehananee sicut si eēt vnum magnum vas inflatum v̄eto. **A**lij vexant p auariciam a demone reuoluti. **A**lij proijciunt in lutum. s. luxuriose viuendo. **A**lij hñt os retortū vsq; ad aures. et isti sunt inuidi. **A**lij p̄ciuntur in aquam scz gulose viuēdo. **A**lij in igne. et isti sunt qui desiderant vindictam inimicorū. **A**lij qui perdunt virtutem ppter pigritiam. tñ habem; remedium chananee dicēdo. **D**ñe fili Dauid misere mei. quia filia mea. id est. anima mea vexatur a demone. **E**t si Dauid qui fuit vestra figura. et cythara q̄ figura crucis illd fecit et vos facere dignemini qui estis veritas. **E**t ideo si laboramus p corpe et diuitijs quāto plus p anima. **N**az dñs Deutl. iij. **C**ustodi igif temetipsum et animā tuā sollicite. **N**e obliuiscaris verborū que viderunt oculi tui et ne excidant de corde tuo cūctis diebus vite tue. **D**ocebis ea filios ac nepotes tuos die q̄ stetit coram dño deo tuo in ore tuo quā dñs locutus est mihi dicens. **C**ogrega ad me populum ut audiant sermones meos et discant timere me omni tēpore quo viuunt in terra. **E**cce mulier ista chananea cogitans consiliū plurius psonarū q̄ illā ferret ad sortilegos et ad se reuersa dixit. **R**ecurras ad demones ut filia mea liberetur a demone. nō faciam. sed solum volo recurrere ad christū. **I**do istam laudat multum omelia hodierna. **E**t circa hoc habetis bonā doctrinam. s. q̄ nō vadat ad tales psonas p aliqua necessitate mundi. sed ad solum iesum christum. **N**am si forte amisisti aliquid et nescis vbi est nō vadat ad demones quoniam secreta nesciunt cum sint in tenebris. bene dicent forte infamiā alicui? et nō erit verum ut misceant malum. **N**ā cum furtū nescire poteris recurrere ad christū isto modo. ut si tibi placeat quod ponat in corde illius qui habet rem ut tibi restituat. **I**te si vis habere sanitatem tui copis mariti aut vxoris nō accedas ad cōiuratores. quia demones nō possunt hoc facere. **E**t si diceres. expus sum. caue quia deceptus es. **N**am dicit q̄ demon curabat infirmos nō a sanitate sanando. s. a lesione cessando. debet ergo solū cōfidere in domino poti⁹ q̄ ad tales recurrere. **E**t vos mulieres nō faciatis rōne infantium. **N**am ibi ē necessaria creatio anime. **N**am diabolus nō potest animam creare. **V**ideant ergo rectores cōmunitatū si sciunt aliquē vel aliquos infideles his artibus vtentes istos tales ad vitam nō sustineāt. **N**am istud peccatū est sufficiens iram dei. puo care su-

*Cythara ad sp̄m
q̄ pulsata diabolo
scripsi a Saule Regē*

*Cyprus in fine
a Deo p̄d̄ptus
derelictus*

*10 Septembris
v̄ba*

*Non sunt q̄libet
de miseri in an
quis debet nōntare*

Nofin

Domínica Reminiscere

per ciuitatem. Et ecce vnū exemplū. si forte aliquis saracenus veniret de barbaria et secrete diceret ciuibus et militibus ciuitatis. Ecce dimittatis regem vestrū et detis vos regi nostro. ego dico quod si ciues et rectores scirent ista et non dicerent nonne mereremur, ut rex destrueret illos. certe sic ista pena merentur qui ad illos recurrunt et qui sustinent maxime si est notorium. si autem est secretum tunc deus condemnabit illos qui hoc faciunt. imo etiam illos qui vadunt et consentiunt. Concordat David in ps. xliij. Deus auribus nostris. Si oblitus sumus nomen dei nostri et si expandimus manus nostras ad deum alienum nonne deus requirit ista. ipse enim nouit abscondita cordis. Magna iniuria sibi. Cum in nomine ipsius tanta sit virtus quod curet omnia. Et de hoc est textus in ps. xxxij. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit in vanitates et insanas falsas. id est sortilegia. Ad discamus ergo a chananea ista que non curauit de istis vanitatibus et erimus fideles regi nostro. Et ecce hic fidelitatem istius mulieris. Secundo serua uit firmam stabilitatem. Nam dicit quod non respondit ei iesus uerbum aliquod. Et ideo dicit. Et accedentes discipuli ad iesum et rogabant eum di. dimittite illam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que pierunt domus israel. Et illa uenit et adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Et illa. etiam domine. Nam christus dixit tibi non. et ista tamen fuit stabilis et firma. Et primo fuit stabilis et firma. quia non respondit sibi uerbum quasi sibi contumeliam dicendo quasi habendo illam excommunicationem et ab eo repellendam. Denotando quod quis cum excommunicato loqui non debet. Et tunc ista replicando dixit si sum excommunicata ad te solum recuro qui habes potestatem absoluendi. dicendo miserere mei. Ideo apostoli moti misericordia rogabant eum dicentes. dimittite illam quia clamat post nos. quod dicit. Domine. iam dicent gentes te crudelem esse. Tunc christus quis ex vna parte durus uideretur esse tamen ex alia parte misericors. dixit apostolis. Non sum missus nisi ad oues que pierunt domus israel. et non obstante hoc. Ista dixit adiuua me domine. Videte iam apostolis negauerat. sed post dixit christus. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Et ista constans et stabilis dixit. Domine ut canem me proicias pro iusticiam tamen miserere mei et da mihi ut catule de misericordia tua et miserere mei. Morate circa hoc firmam stabilitatem istius mulieris. Et forte homines dixissent. Sed et quanto tempore vado retro eum et non possum aliquid ab eo consequi. Non sic ista. imo continuauit. Et circa hoc sunt due doctrine. Prima est speculatiua. alia est moralis. Speculatiua est eo quia dixit christus. non sum missus nisi ad oues que pierunt domus israel

Hic notandum cum dicit. non sum missus etc. Et de aduentu christi possumus loqui dupliciter. Uno modo quantum ad redemptionem uniuersalem. Et sic christus uniuersaliter ad omnes venit et missus est. quia propter omnes soluit. quia omnes sunt redempti. sed non omnes saluati quia nolunt ieiunare. Sic si aliquis ditissimus transiret ultra mare ad redimendum christianos captiuos omnes qui essent penes saracenos in barbaria cum magnis pecuniis dicendo pro quanto precio dabitis mihi captiuos et ipse soluisset precium. et si vnus diceret nolo exire imo hic uolo remanere. Ego quero cuius esset culpa: non soluentis. nam propter omnes solutus est sed noluit gaudere. Dominus iste diues erat iesus christus qui die ueneris sancta aperuit tecam suam. hoc est latus suum propter omnes nobis captiuos. soluendo in ara crudeliter et soluit libere uerbis et alijs plagis multis. et omnibus nunciis dicendo. ponatis uos in nauis ecclesie trium coopurari. scilicet trium statuum. Et prima est prope sentina que debet esse secreta et ista significat religiosos qui debent esse secreti et sine necessitate de ordine non exire. Secunda significat conditio nem presbyterorum qui debent honeste uiuere. Tertia est laicorum qui debent bene uiuere bene conuersando. Ideo Salomon. Facta est quasi nauis in istozis de longe portans panem suum etc. Nam uenerunt nuncii domini et dixerunt iudeis. uenite ad nauem domini. qui dixerunt nolimus. Similiter dicat de tartaris et saracenis qui dicunt quod noster prope ta permittit nobis in alio mundo riuum mellis et lactis. Sed pro omnibus uenit. et hoc probat in ueteri testamento. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob. et feces israel conuertendas. dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre. Esa. xliij. In nouo testamento. bene est bonum et acceptum coram saluatore nostro deo quod omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis peruenire. scilicet ad Timotheum. li. Videmus ergo quod propter omnes missus est. Alio modo loqui possumus de christi aduentu quo ad uisitationem corporalem. scilicet ad predicandum et faciendum miracula personaliter. et sic non uenit nisi ad oues domus israel. Et quod ad hoc verificatur illa autoritas. scilicet quo ad uisitationem corporalem. quia tantum in terra permissionis corporaliter erat uenturus. Ideo beatus Paulus dicit. Dico enim iesum christum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem dei. ad confirmandas permissiones patrum. gentes autem ex misericordia honorare deum. sicut scriptum est. laudate dominum omnes gentes etc. ad Rhoma. xv. Et ita intelligitur. non sum missus propter chananeam. quia de illis non erat. Alia doctrina est moralis et uide constanciam istius mulieris. quia pro nulla iniuria cessauit orare. discite ergo tu orare quotidie. de mane facere certam orationem. Nam quilibet debet facere et tenere certam orationem. Itaque desero antequam ponas te

in lecto flexis genibus et deuote dicendo **P**ater noster. **A**ue maria. **C**redo in deum etc. cum alijs multis secundum tuam deuotionem et habebis prosperitatem in corpore et in anima. **E**t ideo **D**avid in ps. lxx. **J**ubilate in primo. **B**enedicite dominus qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me. **E**t sic continua et non dimittas eam propter socium vel propter aliam causam. **E**t vide hic exemplum. **Q**uidam lombardus voluit mundum videre et visitare singulariter sanctum sepulchrum iesu christi cum vno scutifero et accepit licentiam ab uxore sua et proposuit quotidie dicere patrem noster. **A**ue maria. et inmediate incepit et continuauit quotidie suam orationem et fuerunt semper incolumes. **C**ontigit quod reuertendo ad domum suam et cum iam esset prope castrum non curauit ultra facere orationem dicendo. **O** iam sum prope nostram domum. non oportet modo facere orationem. **I**n posterum sic accedendo versus domum. **I**gnis accensus est in castro et castrum et si filij propter uxorem omnia combusta sunt. **E**rgo videtis quomodo ex omissione orationis omnia ista adueniunt sibi. **N**oli ergo orationem dimittere quousque sit parua continua illa. **E**t ideo dicitur. scilicet ad **T**hesal. v. **S**emper gaude te in domino sine intermissione ne orate. in omnibus gratias agite. **H**ec est enim voluntas dei in christo iesu in omnibus vobis. **S**piritum nolite extinguere. prophetias nolite spernere. **O**mnia autem probate quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete vos. **I**pe autem deus pacis sanctificet vos per omnia. ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruetur. **F**idelis est qui vocauit vos. qui etiam faciet fratres orare pro nobis. **S**umamus ergo huius mulieris exemplum. **E**t ecce hic secundum exemplum quomodo habuit firmam stabilitatem. **T**ertio seruauit veram humilitatem. **N**am ista mulier seruauit istam humilitatem quousque christus eam appellauerit vel assimilauerit. **E**t ista bona mulier dixit. **E**cce domine mea et catelli comedunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. **T**unc iesus videns fide istius mulieris dixit. **M**agna est fides tua. **E**t ideo dicebat mulier non peto magnum miraculum velut resurgere mortuos nec solem retroire. mare rubrum diuidere. sed ut liberes filiam meam unicam. **F**ac ergo domine mihi istam gratiam et christus denegare non potuit. **Q**uero nunc cur christus tantum fecit illi desiderare quod petebat. videtur contra se esse quousque doctrinam. **N**am dicitur **P**rouer. iij. **N**e dicas amico tuo vade et reuertere cras dabo tibi cum statim possis dare. **I**tem dicitur. ij. ad **C**orinth. ix. **U**nusquisque putauit in corde suo non ex tristitia aut necessitate sed ex hilaritate. **H**ilarem enim datorum diligit deus. **R**esponso quod christus hoc fecit duplici ratione. **P**rimo ex parte mulieris. secundo ex parte nostra. primo ex parte mu-

lieris propter meritum augendum. **C**hristus enim pro istam dilationem fecit eam ascendere et crescere in ardenti deuotione et amore ad deum et spe. et sic christus pie implere petitionem mulieris distulit ut mulier ista plus haberet quam si illico dedisset quia a principio non tantum habuisset. sed postea dedit propter amorem et humilitatem. et circa hoc audiat parabola. **M**iles quidam erat qui multum diligebatur ab imperatore et iste miles petebat ab eo gratiam. et iste imperator noluit sibi dare pomum. et dedit sibi primo castrum adhuc petenti pomum et dedit equum. **A**dhuc miles petebat pomum et dedit sibi vestem. demum iste importune dedit pomum. **E**cce quod si cito dedisset pomum solum pomum habuisset et non alia. **I**ta dicamus de ista petenti pomum. **N**am christus dedit primo sibi castrum quia ardorem. secundo patientiam. et ecce equum. tertio humilitatem. ecce vestem. quarto charitatem. et sic plus habuit. **S**ecundo christus hoc fecit dando nobis exemplum ut humiliemus nos in deuota oratione. quia quanto plus nos humiliauerimus. tanto amplius ascendemus. **S**int duo homines equalis meriti. oratio magis humiliantis se virtute humilitatis plus ascendit. puta si vnus eorum se ponat in oratione iuxta altare et alius a longe. plus ceteris paribus ascendit oratio illius qui stat a longe virtute humilitatis. **U**nde dicitur in ps. **R**espexit in orationem humilium et non spreuit precem eorum. **I**deo dicitur **O**ratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec appropinquet non consolabitur et non discedet donec aspiciat altissimus. **E**cce. xxxv. et ecce finis ponitur. **D**omino placeat etc. **D**eo gratias.

¶ Feria secunda in secunda dominica quadragesime. Sermo primus

Multa habeo de

Multa habeo de vobis loqui et iudicare. **J**ohan. viij. **S**ermo noster erit de sancto euangelio hodierno quod continet vnum secretum peramentum. quod fuit inter christum et iudeos disputantes cum christo. et hoc peramentum quantum est ex vna parte. scilicet christi ostendit nobis tres magnas dignitates. **P**rima est sapientia diuinalis. **S**ecunda excellentia supernaturalis. **T**ertia eminentia principalis. quomodo est iudex principalis et vniuersalis. **D**icit thema. **M**ulta habeo de vobis loqui et iudicare. sed qui me misit verax est. et ego que audiui ab eo loquor in mundo. **E**t cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. **D**ixit ergo eis iesus. **C**um exaltauerit filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. et a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me pater habet loquor. **E**t qui me misit mecum est. et non relinquet me solum. quia ego que placita sunt ei facio semper. **H**ec illo loquente